[illegible] florenorum pecunie mon[ete] polonicalis eidem ad solvendum irremissibiliter et de facto succumbet. Quod vadium cum summa essentiali inventum debet se extendi super omnia bona mobilia et immobilia ipsius Chlopiczki. Porro etiam prefatus Stanislaus Chlopiczki se et suos successores super bonis suis inscribit per sententiam Castrensem Premisliensem ex his Actis Castrensibus Premisliensibus ad acta terrestria Premisliensia ad primos vel secundos terminos terrestres Premisliensis sub hac vel meliori verborum forma transferre et transportare sub simili vadio centum florenorum pecunie. Pro quibus quidem summa essentiali et vadio si se prefatus Stanislaus Chlopiczki cum suis successoribus eidem Georgio Chojecki et eius successoribus ad iudicium terrestre vel Castrensem Premisliensem citare permiserit et permiserit. Extunc omissa quavis iurisdictione competente in primo Citationis termino tanquam peremptorio stare parere respondere ac pro ipso vadio et summa essentiali a iudicio non recedendo satisfacere debet et eius successores tenentur. Terminum ipsum primum tanquam peremptorium nulla re exquisita nec collore excogitato neque indulgere neque extendere differendo prolongando atque se excipiendo enassionibus prescriptionibus prolongationibus et aliis quibusvis dilationibus de iure dari solitis. Adverterit quibusvis nullas motiones et appellationes faciendo ad easque prosequendo non admittendo ad quietationem dilationis non petendo pena trium marcarum et triplici pena hoc idem vadium non evadendo. Immo nullis modis viis colloribus dilationibus utendo. Qualiter nihil sibi in auxilium contra presentem inscriptionem recipiendo sed et suorum successorum sub amissione totius causae tota quoties necessarium fuerit. Nulla prescriptione terrestri in premissis obstante. Super quo memoriale solutum est officio presenti.

28/I Actum in Castro Premisliensi feria sexta ante festum Purificationis Gloriose Virginis Marie proxime anno domini millesimo quingentesimo sexagesimo nono coram officio et actis.

Voyewodka arendat Stharechow

Stans personaliter coram officio et actis presentibus Castrensibus Premisliensibus Nobilis Josephus Voyewodka recedendo a iure suo terrestri foroque competenti et hinc presenti iurisdictioni Castrensi Premisliensi se et suos successores cum bonis suis omnibus in toto quoad actum effectumque presentis inscriptionis incorporando ac inviscerando mente et corpore sanus existens publice palam ponit. Quia bona tenute sue vicit villa Wyssogany in terra et districtu Sanoczensi sitta cum omnibus ad ipsa bona ex antiquo pertinentibus hic ad primos terrestres Leopoliensis ante primam possessionem actorum terrestrium Leopoliensium quod horum celebrabit post nunc instans festum Sanctorum

Trium Regum Leopoli quondam Stanislao Stharechowski et eius posteris arendavit et in arendat locavit nunquam arendam inscripsit de qua arenda iam ab sat factum esse ponit ab eodem Stanislao Stharechowski. Que bona ipse Stanislaus Stharechowski cum suis posteris tenebit habebit illisque utifruetur modo arende cum omni iure domino ac proprietate et cum omnibus ad ipsa bona antiquitus spectantibus nihil excipiendo ad tempus prefatum superscriptum et non ultra. Et iam existens ipse Josephus Voyewodka eidem Stanislao Stharechowski in bona prefata modo et iure arende inscriptis coram officio presenti dat et admittit realem intrinsecam et actualem pacificamque possessionem per ministerialem terrestrem Russie terrarum qualem ex officio presenti additum. Super quo memoriale solutum est officio presenti.

Nyehrebeczki reformat uxori

Comparens personaliter coram officio et actis presentibus Castrensibus Premisliensibus Nobilis Ianko Nyehrebeczki recedendo a iure suo terrestri foroque competenti et hinc presenti iurisdictioni Castrensi Premisliensi se et suos successores cum bonis suis omnibus in toto quoad actum presentem incorporando ac inviscerando publice palam recognovit. Quia nobili Nastazie filie olim nobilis Petri Czissowski consorti sue ducentos et duodecim florenos pecunie mon[ete] polonicalis ratione dotis post eam perceptis et levatis et alios ducentos et duodecim florenos pecunie mon[ete] polonicalis motus erga ipsam amore coniugali ratione dotalicii in et super medietate omnium bonorum suorum hereditariorum et obligatorium mobilium et immobilium quemcumque et in post ubicumque habuerit et acquisiverit ac super ipsum devoluta fuerint reformat et inscribit per ipsam Nastazia et eius successores bona prefata sibi reformata tenendo et possidendo cum omni iure domino ac proprietate nihil excipiendo iuris et consuetudine terrestrium et cum realiarum performarum in Regno Polonie diutius tentarum et obstantarum. Preterea ipse Ianko Nyehrebeczki se et suos successores in bonis suis omnibus fratribus et amicis proximis vidimus eiusdem Nastazie consortis sue et eorum successoribus inscribit et obligat presentem inscriptionem Castrensem Premisliensem ex his Actis Castrensibus Premisliensibus ad acta terrestria Premisliensia ad primos vel secundos terminos terrestres Premisliensis transferre et transportare sub simili vadio ducentorum et duodecim florenorum pecunie. Pro quo quidem vadio si se prefatus Ianko Nyehrebeczki cum suis successoribus eisdem fratribus aut amicis proximis eiusdem consortis sue eorumque successoribus ad iudicium terrestre vel Castrensem Premisliensem citare permiserit et permiserit. Extunc omisso quovis foro proprio in primo Citationis

termino tanquam peremptorio stare parere rendere ac pro ipso vadio a iudicio non recedere satisfacere debet et eius successores tenebunt terminum ipsum primum tanquam peremptorium nulla re exquisita nec collore excogitato differendum prolongandum atque se excipiendum immo se abrenuntiando omnibus quibus quot sunt dillationibus motionibus appellationibus earumque prosequutionibus cuiuslibet nihil sibi in auxilium contra presentem inscriptionem recipiendum sive et suorum successorum sub amissione totius cause nulla prescriptione terrestri in premissis obstante super quo memoriale solutum est officio

Eorundem adultalitas

Stantes personaliter coram officio et actis presentibus Castrensibus Premisliensibus Nobiles Ioannes Nyehrebeczki et Nastazia filia olim nobilis Petri Czyssowski coniuges ultimi sani mentis et corporis existentes recedentes a iure terrestri et alio quovis competente et huic presenti iurisdictioni Castrensi Premisliensi se et suos successores cum bonis suis omnibus incorporando ac inscribendo publice palam fecerunt quia omnium bonorum suorum hereditariorum et obligatoriorum mobilium et immobilium quecumque habent et in post ubicumque habuerint modo quovis acquisiverint ac super ipsos devoluta fuerint mutuo et invicem concesserunt sibi usufructum ad tempora vitae suae extrema tali videlicet modo quod si prefatus Ioannes Nyehrebeczki prius quam predicta Nastazia mori contigerit extunc ipsa Nastazia bona omnia tam mobilia quam immobilia predicti Ioannes obtinebit et possidebit cum omni iure domino ac proprietate nihil excipiendum illisque utifruentur ad tempora duntaxat vitae suae extrema post mortem vero ipsius Nastazie bona prefata tam mobilia quam immobilia totaliter pleno iure ad successores predicti Ioannes devolvent sine quovis impedimento et contradictione successorum prefatae Nastaziae. Et similiter si contigerit prefata Nastazia prius quam ipsum Ioannes mori extunc prefatus Ioannes bona omnia tam mobilia quam immobilia prefatae Nastazie obtinebit et possidebit cum omni iure domino ac proprietate et omnibus eorundem bonorum pertinentiis illisque utifruentur ad tempora duntaxat vitae suae extrema post mortem vero predicti Ioannes bona prefata quecumque ipsam Nastaziam concernebant ad successores ipsius Nastazie totaliter devolvent sine quovis impedimento et contradictione prefati olim Mariti successorum. Preterea ipsi coniuges mutuo et invicem se et suos successores super bonis suis omnibus inscribunt et obligant presentem inscriptionem Castrensem Premisliensem ex his

actis Castrensibus premisliensibus ad acta terrestria premisliensia ad primos vel secundos terminos terrestres premisliensis transferre et transportare sub quibus terrestribus pro quibusquidem damnis terrestribus si se unus alterius ad iudicium terrestre vel Castrensis premisliensis citare permiserit et permiserit extunc omissa quavis iurisdictione competente in primo citationis termino tanquam peremptorio stare parere rendere ac pro ipsis vadiis a iudicio non recedere satisfacere unus alteri debet et tenebitur terminum prefatum primum tanquam peremptorium nulla re exquisita nec collore excogitato differendum et prolongandum immo se abrenuntiando omnibus quibusvis dillationibus motionibus appellationibus earumque prosequutionibus cuiuslibet nihil sibi in auxilium contra presentem inscriptionem recipiendum sive successorum suorum sub amissione totius cause nulla prescriptione terrestri in premissis obstante super quo memoriale solutum est officio presenti

Therlieczki tt. Demijanowicz

In presentia officii actorumque Castrensium premisliensium veniens personaliter nobilis ac Religiosus Jaczko Therlyeczki pop dictus Kondasz recedens a iure suo terrestri foroque competente et huic presenti iurisdictioni Castrensi premisliensi se et suos successores cum bonis suis omnibus in toto quo ad actum effectumque presentis inscriptionis incorporando ac inscribendo ac inscribendo mentis et corpore sanus existens publice palam fecerunt quia nobilis Ioannes Demijanowicz ustriczki et eius successoribus tenetur et est debitus certi veri liquidi mutui atque essencialis debiti centum florenos pecunia mon polonicalis sive in sex septimanis proximis venturis sic in Castro premisliensi coram officio et actis presentibus Castrensibus premisliensibus totaliter et plenarie dare et solvere causa vero quod si et in quantum prefatus Jaczko Therlyeczki cum suis successoribus prefatum centum florenos pecunia mon polonicalis prodiet et tempore prefato non solverit et solvere neglexerit extunc debet actum bitum presenque se ac suos successores super bonis suis inscribit et obligat eidem Ioannes Demijanowicz et eius successoribus dare et admittere reale introitum et actualem pacificamque possessionem in quinque cmethones quos sibi elegerit in villa sortis sue Zerlo per ministerialem terrestrem premisliensem quemcumque tam extunc additum sub vadio simul summae centum florenorum pecunia dataque ipsi realiter introitu et actuali pacifica possessione debet actum bitum idem Jaczko Therlyeczki presenque se et suos successores super bonis suis inscribit et obligat eundem Ioannem Demijanowicz et illius successores in dictis bonis ab omnibus damnis et impedimentis quarumvis personarum se

Xus